

ODE γαμικη

PRO FELICI CONNUBIO

Nobilitate, eruditione multa; ex-
perientia ornatissimi
juvenis,

DOMINI VIN-
CENTII RIGEMANNI,
CVM

Pudicissima virgine ELISABETHA,
Nobilissimi Clarissimi prudentissimiq; viri,
D. OTTONIS CANNII re-
giae Civitatis Rigae praetoris dignis-
sima filia subeundo.

scripta

a

BALTHAZARE HOLTZSCHVERO


Franco Poët Cæs: & Not: publi:

Rigae Livonum

Typis NICOLAI MOLLINI.

M. D. I C.

Ino. No. 62330



VOTVM γάμικον.

Mlta Pharetratus vario sudore labores
Statione in acri frigora
Miles, & ingentis fervores sole, sitimq;
Cruenta saepe spicula
Mortis, & intrepidus quacunq; pericula forti
Subire tentat pectore;
ut gravido parma gestamine fortiter hostem
Vincat, litetq; tartaro.
Atq; adeo vincens hostem, non vincere eundem
Hostem potest, quem perpetim.
Sub fluxo secum sagulo fert: nempe seipsum.
Hunc perduellem vincere
Durum est. hoc victo vincentis victor imago
Fit clarior, fit gloria
Major, honore decor cornice vetustior, atq;
Palmam triumphat nobili;
Clarior ac si mille suo, fit, mittat ad Orcum
Gladio viros, & hostium
Turmas. sed belli duplex est forma vigorq;
Parma Togaq; nobilis,
Inq; togam summi sunt saepe necesse labores,
Immensa saepe pericula,

A 2

Sape.



Sæpius ipsa internecio; interiere quot armis
Viri, tot in toga quoque.
Myrrha sibi vitam laqueo finire volebat,
Convicta Patre milite,
Et tot; sed belli species Amor hac, & amoris
Jocunda imaginatio,
Qui quasi per cannas homini instillatur, acerbum
Multis, quibusdam musteum
Dulceque, quum licito pugnatur amore, trophaum
Quum victus aufert, & suis
Pars victrix vincens devicta retunditur armis.
O dulce bellum Cypridis!
In quo Juno suam dextram gerit innuba sceptrum,
Fatuque vivo munerat.
His in Canneti castris VINCENTIUS arma
Labore sumsit fervido,
Sudavit pugnans animi virtute sereni
Secum, nec hoste libero,
Nec casse aut prædâ potuit, rerumque potiri
Panopliamve canneam.
Canitiæ picto camera sub tegmine tandem
Consorte reperta bellulum
Voce serit bellum, blando sermone duellum,
Licitiq; amoris mutuo
Certamen langvore movet, dum basia jungit
Vincensque victus vincitur.

Vin-

Vince pio teneram VINCENTI pectore cannam
Sinceritatis amulam.
Vince Datam Cinyra gazis, Pelopesque talentis,
Amoris indelebili
Vince viros quoscunque, senem quoque Nestora vitam,
Prudentiaque Tulliam,
Fortuna flatu nunquam vincende sinistra,
Quibuslibetve casibus.
Elisabetha Dei munus munuscula quævis
Victura vincat, fulgidam
Penelopen virtute sua pellustris adæquet,
Et castitate Lucretiam.
Innumeram vincat Genitoris prole Penates
Curaque Matrem providam.
Tu sequere, & solers vestigia Patris adumbram
Gazas tot auri contrabens
Ac Pater; & patrum virtutes vince, gravique
Splendore socero præmine,
Quem Socerum constans mens, docta scientia, rerum
Prudentia, eruditio
Ornat, & eximia tot lingua dona, decentes
Quot prata flores, quot favos
Hybleum premit examen, vel messis aristas
Progignit Afra spiceas
Elisabetha suo victrici casta marito
Sit canna victrix, leniens

A 3

Voce

Voce laboriferas curas, quas sæpe sinistro
 Suppullulat sors calcare
 Jocososq; tori fœtus & gaudia lecti
 Connubialis fuggerat.
 Victricem vincat victor VINCentius æquus
 Cannam triumpho nobili.
 Per quam talis amor fuit instillatus eidem,
 Et flore vernat integro.
 Alter in alterius juvenili dulce levamen
 Ætate sit, silicernium
 Donec ijs propius veniat, vel forpice Clotbo
 Discindat acri stamina.

ANAGRAMMA.

OTTO CANNIVS
 EX TOTO NACTVS IVS.

Sive Pericla spectetur lingua lepore
 Effundens grandi commoda verba sono;
 Atq; tot ingenij dotes, prudentia, candor,
 Forma, decor, vires, divitiæq; domus.
 Ex TOTO est NACTVS IVS, experientia fa-
 Nobile condecorat stemma lepore genus. (mam,
 Vive DIVTOTIES CANtaNs sermone le-
 porem,
 EX TOTO es NACTVS IVS in honore
 tuum.

VIN-


VINCENTIVS RIGE-
MANNVS

IVRIS VINCIT MANSVES RIGOREM:

Divitias, lepor, experientia florida formam
 Vincit, & ingenium brachia dura viri.
 Ac JURIS VINCIT MANSVES can-
 dore RIGOREM,
 Laude sua talis commoda digna capit.
 Jura lepos vincit, sed mansuetudo RIGOREM
 JURIS, & imMANSVES VINCITur
 atq; cadit.

FINIS.





849506

LU Akad. bibl.



817001247